PROTESTATIO
SERENISSIMI
&
CELSISSIMI PRINCIPIS
Caroli Ludovici,
Comitis Palatini ad Rhenum, Sacri
Romani Imperii Archidapiferi, &
Electoris, Ducis Bavariæ, &c.

Impressum LONDINI,
Sumptibus RICHARDI WHITAKERI,
CIↃ IↃC XXXVII.

BIBLIOTECA BODLEIANA

LIBELLVS
PROTESTATIONIS

Contra

Omnes Illegitimos & Injuſtos actus & proceſſus, in ſui, ſuorumque fratrum & Agnatorum injuriam & præjudicium, inſtitutos.

In ſpecie, contra

Clandeſtinas & nullas diſpoſitiones Cæſareas, de tranſlatione ſui Electoratûs & ditionum.

Tum, contra

Anormem Regis Romani Electionem, ſe & Electore Trevirenſi excluſis & non vocatis, factam.

Denique, contra

Violentam & injuſtam uſurpationem & ſpoliationem Ducis Bavariæ, Electoralem Archidapiferi titulum, munus, vocem, & ſeſſionem de facto detinentis.

Protestatio, cum maximè dilucida est & expressa, jus Protestantis salvum præstat: ut necessaria est, sic nulli injuriam facit. *Lex. si debitor 4. §. 1. D. Quibus modis pignus. & ibi Bartol. L. & si quis 14. §. Sed interdum 7. D. de religios & sumptibus.*

Simson, cum uxor ipsius à Philistæis alii esset data, protestatur, dicens.

Judic. cap. 15. vers. 3.

Insons fuero hac vice a Philistæis, quum ego affecero eos malo.

NOS

Carolus Ludovicus

Dei gratiâ

Comes Palatinus Rheni,

Sacri Romani Imperii Archi-

dapifer, & Elector, Dux

Bavariæ, &c.

Universis ac singulis salutem.

VBique gentium non solùm Imperio Romano; sed etiam per totam Europam cog-

Protestatio, cum maximè dilucida est & expressa, jus Protestantis salvum præstat: ut necessaria est, sic nulli injuriam facit. *Leg. si debitor 4. §. 1. D. Quibus modis pignus. & ibi Bartol. l. & si quis 14. §. Sed interdum 7. D. de religioso & sumptibus.*

Simson, cum uxor ipsius à Philistæis alii esset data, protestatur, dicens.

Judic. cap. 15. vers. 3.

Insons fuero hac vice a Philistæis, quum ego affecero eos malo.

NOS

Carolus Ludovicus

Dei gratiâ

Comes Palatinus Rheni,

Sacri Romani Imperii Archidapifer, & Elector, Dux Bavariæ, &c.

Universis ac singulis salutem.

VBique gentium non solùm Imperio Romano; sed etiam per totam Europam cog-

nitum & compertum est, tùm experientiâ, quàm ex actis & publicis scriptis, quid per hos diuturnos motus in occupatione, direptione, scissione, cessione, venditione & translatione, tùm ditionum nostrarum Palatinicarum, tùm connexi his muneris & dignitatis actum & peractum sit: quod omne merito ad animum revocamus, justam causam conquerendi, contradicendi

tradicendi & proteſtandi habentes.

Imprimis verò, ſummo nos dolore afficit, & in maximam noſtram, noſtrorumque fratrum & Agnatorum injuriam ac præjudicium vergit. Primò, *quòd in nuperâ prætenſâ Pacificatione Pragenſi, nobis minorennibus, inſciis, non citatis, & indefenſis, inter alia conventum ſit, diſpoſi-*

tiones

tiones, quas Cæsarea Majestas de translatione nostri Electoratûs & Ditionum in Ducem Bavariæ & lineam Gulielmianam factâ, dicitur condidisse, ratas manere debere; quódque illæ, de quibus tamen nihil hactenus auditum fuit, neque adhuc in vulgus cognitæ sunt, utpote clam pactæ, contra nos allegentur, prætexendo eas per pacificationem istam, & consequenter

ab

consentientibus geri, agi, decerni, aut fieri de facto præsumentur; Speciatim *verò*, contra *prætensas istas* tum dispositiones & tabulas pacis Pragensis, tum *præproperam & illegitimam* Electionem *Regis Romani*: tum maximè, *contra violentam, injustam, & nullam Ducis Bavariæ, nostrum Electoratum & ditiones, titulum, Sessionem, vocem, & munus de*

facto occupantis & detinentis, uſurpationem & deprædationem.

Ac proinde reſervamus nobis, noſtris fratribus & Agnatis, omnia jura, actiones, defenſiones, media & remedia, quæ Divinæ & humanæ leges tali in cauſâ & caſu permittunt & præſcribunt, obteſtando & edicendo, nos, qui nihil hactenus

omiſimus, quo voti & juris noſtri ſine armis & per æquas conditiones compotes redderemur, excuſatos fore apud omnes, ſi quæcunque mala & incommoda in proſequendo jure, & procurandâ reſtitutione noſtrâ, in qualemcunque pervenerint.

Declaramus præterea, & vocato in teſtem Divino Numine

asseveramus, Nos, hâc nostrâ Protestatione, *nihil Cæsareæ Majestatis autoritati & eminentiæ, quæ apud nos sacrosancta semper est, & erit, nihil alterius cujuscunque existimationi detractum velle: sed id tantùm spectare, ut nostra innocentia, jus & fama, sarta & tecta conserventur, neve per silentium & omissionem necessariæ Protestationis lædantur.*

Atque

Atque hanc noſtram Proteſtationem *coram* Notario & teſtibus factam, *ut ad omnium notitiam perveniret, & nemo, cujus intereſſet, ignorationem prætendere poſſet, ſcripto comprehendimus; & typis in lucem evulgari fecimus: authentica verò exempla noſtrâ manu, ſigillo impreſſo, ſubſcripta, tum Cæſareæ Majeſtati, tum Electoribus Imperii*

perii insinuari & tradi curavimus.

Actum Hamptoncurii in Angliâ. xxvii. Ianuarii, Ann. cIↃ IↃc xxxvii.

FINIS.

ab universis Imperii Ordinibus comprobatas esse, *sicut ex ultimo Cæsareo responso Oratori Britannico Comiti* Arondelio *Ratisbonæ nuperrimè dato apparet; quo facto nobis, nostrisque fratribus & Agnatis planè innocentibus jus ex primævâ & simultaneâ Investiturâ, ex pacto & providentiâ majorum quæsitum inauditâ causâ auferatur, & ex nostrâ stirpe in*

aliam contra jura, leges, ſanctiones pragmaticas & conſuetudines in ejuſmodi feudis uſitatas contraque pacta familiæ & privilegia à Cæſaribus confirmata, transfertur. Deinde, *quod ad noviſſimum Conventum Electoralem Ratisbonæ indictum, in quo de electione Regis Romani actum, &* Ferdinandus *Auſtriacus Rex Vngariæ pro tali renunciatus & inauguratus fuit,*

nos, qui Electoris Palatini jus, vocem, munus & personam jure sustinemus, non fuerimus secundum Aureæ Bullæ præscriptum, sicut alii Electores vocati: sed pervim istinc exclusi, & injustè præteriti, Duce Bavariæ nostrum locum, sessionem, officium & suffragium de facto & nulliter usurpante & exercente.

Cum verò ista omnia & sin-

gula per se & ipso jure sint invalida, nulla & illegitima: memoratæ quidem dispositiones & pacificatio *vel ex eo fundamento, ut cæteras nullitates silentio præteream, quod nobis, nostrisque fratribus & cognatis in minorenni & pupillari ætate constitutis, tum absentibus, non citatis, inauditis & indefensis, sicut diximus, compositæ & clam pactæ fuerint, adeoque jari*

communi, Divino & humano, constitutionibusq; Imperii fundamentalibus, legibusque feudalibus ipsis etiam Cæsareæ Majestatis declarationibus in conventu Ratisbonæ solemniter inscripto XXIII. Februarii, MDCXXIII. Electoribus, & per literas serenissimo Regi Jacobo eodem anno die V. Martii factis, adversentur: Electio verò ideo, quod

& nobis, quibus ſolis vox, officium, & functio Archidapiferi & Electoris Palatini in ſolemnibus Imperii actibus competit, & Archiepiſcopo Electore Trevirenſi excluſis & repulſis; facta, inſtituta & peracta ſit: Jam conſequens omninò & neceſsè eſt, ut pro conſervatione noſtri juris, contra iſta omnia & ſingula, quæ hoc modo in noſtram, noſtrorumque fratrum

trum & Agnatorum injuriam & præjudicium, nobis præteritis, excluſis, abſentibus & inauditis qualitercunque geſta, reſcripta, concluſa & acta ſunt, ſolemniter poteſtemur & excipiamus.

Contradicimus itaque & proteſtamur in vigore hujus ſcripti, omni meliori modo, ſicuti de jure & conſuetudine fieri poteſt

& debet, contra omnia illa & singula, quæ prædicto, aut alio quocunque modo, in nostram, nostrorumque fratrum & Aguatorum injuriam & præjudicium, privatim, vel publicè, clam vel palam acta, gesta, statuta, ordinata, dispositа, permulgata rescripta & facta sunt, aut imposterum nobis absentibus, exclusis, præteritis, insciis & non